Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26202
Copyright: Admont, Benediktinerstift



46

Simplex hic sensus est. Serpens & detractor equales sunt.
Quom enim ille occulte mordens venenum inserit. sic iste clam
detrahens uirus pectoris sui effundit in fratrem. & nihil habet
amplius a serpente. Cum enim lingua hominis ad benedicendum
& ad edificationem primum sit creata. ille eam serpenti equalem
facit dum uirtutib; eius in puersum abuntur. Alium. Siquidem ser
pens diabolus occulte momorderit. & nullum conscium eum ue
neno peccati infecerit. si tacuerit quia percussus est & non egerit pe
nitentiam. nec uulnus suum fratri & magistro uoluerit esse ueri.
magister & frater quia linguam habent ad curandum. facile ei parcere
non poterunt. Si enim erubescat egrotus uulnus medico confi
teri. quod ignorat medicina non curat. Verba oris sapientis gra
& labia insipientis percipitabunt eum. Rusticia si sua esset
rusticitate contenta. minus haberet malum. nunc uero contra sapi
entiam bellum gerit. & quecumque prudentie indocto uiro uiderit.
telo stimulata non recipit. Loquitur enim uir sapiens uerba sci
entie uerba grie quia utilitatem possunt parere audientibus & labia
stulti non ita suscipiunt quia dicuntur ut dicta sunt. sed econtrario
uirum prudentem supplantare conatur & simile sui facere. &
reuera percipitatur uir sapiens quando maurem loquitur impru
dentem. & uerba ei infundo ut ita dicam gurgite peum.
Vnde beatus quia in aurem non audientem loquitur edificabit plane
Initium uerborum ei insipientia. & nouissimum oris ei error
pessimus. & stultus multiplicat uerba. Ignorat homo
quid sit quid factum est. & quid futurum est post eum quis annuntia
bit ei. Adhuc ei de stulto diffinitio est cui labia percipiant
sapientem. siue uerba alia interpretationem stultum ipsum corru
ere faciunt. Initium enim sermonis ei & finis stultitia est
& error pessimus. siue ut symachus transtulit tumultus